

dotum, nec non pro his, quæ concernunt temporalia, & rerum œconomicarum; *ibid.* ad 5. *sub.*

3. Decretis Sacre Congregationis Episcop. Regular. in una Rbergien. inter monasterium, & Monachos S. Petri Congregat. Cassinensium, & confraternitatem Sanctissimi Sacramenti dicte civitatis, in qua propositis dubiis.

1. An confraternitas sit exempta à Jurisdictione Ordinarii?
 2. An eidem confraternitati competat facultas retinendi campanas obstrepentes in culmine oratorii?
 3. Processiones faciendi per parochiam cum stola, & cruce occasione associationis cadaverum, & similia?
 4. Continuo asservandi sanctissimum Eucharistia. sacramentum, etiam cum illius publica expositione?
 5. Administrandi publice sacramentum Confessionis?
 6. Benedicendi candelas, cineres, olivas?
 7. Functiones peragendi in majori hebdomada, signanter in die Cœnæ Domini?
 8. Ibi sepeliendi cadavera absque ullo interventu parochi, istique omnino denegando Jura parochialia?
- Die 5. Junii 1699. Sacr. Congr. referente Eminentissimo Cardinali Tanario, censuit, & decrevit non constare de exemptione, & in reliquis, *inherendo* (sunt verba decreti) *decretis alijs desuper editis, censuit respondendum negative.*

4. Decretis Sacrarum Congregationum Concilii, & Episcoporum & Regularium consonant nova decreta Sacre Congregationis Rituum, in qua propositis sequentibus dubiis:

1. An confraternitates laicorum legitime erectæ in ecclesiis parochialibus, habeant dependentiam à Parocho in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus?
2. An dicte confraternitates erectæ in capellis, vel oratoriis tum publicis, tum privatis adnexis parochialibus ecclesiis, ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam à Parocho quoad dictas functiones?
3. An confraternitates erectæ in aliis ecclesiis publicis habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam à Parocho, intra cujus parochiæ limites sitæ sunt erectæ?
4. An confraternitates erectæ in oratoriis tam publicis, quam privatis se junctis ab ecclesiis parochialibus quoad dictas functiones ecclesiasticas, habeant dictam dependentiam à Parocho?
5. An benedictiones, & distributiones candelarum, cinerum, & palmarum, sint de juribus mere parochialibus?
6. An benedictiones mulierum post partum, fontis baptismalis, ignis, seminis, ovorum, & similia, sint de juribus mere parochialibus?
7. An functiones omnes hebdomadæ sanctæ sint de juribus mere parochialibus?
8. An celebratio missæ solemnis feria quinta in Cœna Domini, sit de dictis juribus parochialibus?
9. An prima pulsatio campanarum in Sabbato Sancto sit de juribus parochialibus?
10. An celebratio missarum solemnium per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus parochialibus?
11. An expositio quadraginta horarum, & benedictio, quæ fit super populum, sit de dictis juribus parochialibus?
12. An expositio, quæ fit cum reliquiis, vel sacris imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit super populum, sit de dictis juribus parochialibus?
13. An functiones in præcedentibus octo dubiis, viderelicet à dubio quinto ad duodecimum expressæ, peragi possint in oratoriis privatis, contradicente parochio?
14. An in dictis oratoriis privatis confraternitatum per confratres statis horis recitari possint horæ canonice

cæ cum cantu, vel sine, absque alia licentia parochi?

15. An in dictis oratoriis privatis sit licita celebratio missæ privatæ, assentiente Ordinario loci, & contradicente Parocho?
16. An Capellani confraternitatum possint populo denuntiare festivitatem, & vigiliis occurrentes in hebdomada absque licentia Parochi?
17. An Parochus invitens confratres docere possit doctrinam christianam in prædictis ecclesiis, oratoriis publicis, vel privatis à parochiali divisis, & separatis.
18. An in sæpe dictis ecclesiis publicis confraternitatum possint haberi publice conciones etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus cum licentia Ordinarii, & absque licentia Parochi?
19. An in eisdem ecclesiis possit celebrari missa sive lecta, sive cantata ante missam parochialem, sive lectam, sive cantatam?
20. An ad Parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in sæpe dictis ecclesiis, & oratoriis publicis confraternitatum?
21. An intra ambitum earundem ecclesiarum fieri possint processiones juxta cujusque confraternitatis institutum, absque interventu, vel licentia Parochi?
22. An eadem processiones fieri possint extra ambitum dictarum ecclesiarum absque licentia illorum Paroctorum, per quorum territorium transeundum est?
23. An in dictis processionibus capellani confraternitatum possint deferre stollam?
24. An Episcopo accedente ad ecclesias publicas confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersorium à Parocho, in cujus territorio sunt dicte ecclesie?
25. An earundem ecclesiarum, & confraternitatum Rectores, & Capellanos possit Parochus cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & solo jure parochialitatis compellere invitos ad assistendum functionibus ecclesiæ parochialis?
26. An in sæpe dictis ecclesiis confraternitatum, neque parochialibus, neque Regularibus, retineri possit Sanctissimæ Eucharistia sacramentum sine speciali indulto Sedis Apostolicæ?
27. Præsupposita facultate retinendi, an possit infra annum publice exponi, sine licentia Ordinarii?
28. An possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel elemosynarum in sæpe dictis ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere?
29. An in ecclesia parochiali confratres, vel eorum Capellani, immiscere se valeant, vivo Parocho, in ejusdem ecclesiæ functionibus, sive parochialibus, sive non parochialibus.
30. An confraternitates sive sint erectæ in ecclesia parochiali, sive extra illam, possint pro libito, & juxta uniuscujusque peculiaria statuta, congregationes suas facere, absque interventu, vel licentia Parochi?
31. An possint propria bona administrare, atque de illis disponere absque ulla dependentia à Parocho?
32. Quando Parochus eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, & tamquam ejus Delegatus, an possit suffragium decisivum ferre: & quantum affirmative?
33. An etiam suffragium duplex:
Die 10. Decembris 1703. prout infra respondit.
Ad 1. Affirmative.
Ad 2. Affirmative.
Ad 3. Negative.
Ad 4. Negative.
Ad 5. Negative.
Ad 6. Negative: sed benedictiones mulierum, & fontis baptismalis fieri debent à Parocho.
Ad 7. Negative prout jacet.
Ad 8. Negative prout jacet, sed spectare ad Parochum.
Ad 9. Negative prout jacet, sed spectare ad ecclesiam digniorem ad formam const. Leon. X. n. 22. §. 14.
Ad

Ad 10. Negative prout jacet, sed licere confratribus dumtaxat in festivitibus solemnioribus ejusdem ecclesie, vel oratorii, ut in *Brundisina* sub die 1. Jun. 1601.

- Ad 11. Negative.
- Ad 12. Negative, & quoad benedictiones cum reliquiis, & imaginibus serventur decreta.
- Ad 13. Satis provisum in superioribus.
- Ad 14. Affirmative, nisi aliter Ordinarius statuatur ex rationabili causa.
- Ad 15. Affirmative.
- Ad 16. Affirmative.
- Ad 17. Negative.
- Ad 18. Affirmative.
- Ad 19. Negative, nisi aliter Episcopus disponat.
- Ad 20. Affirmative, quando tumulandum est subditus à Parocho, intra cujus fines est ecclesia, vel oratorium.
- Ad 21. Affirmative.
- Ad 22. Negative, nisi adsit licentia Episcopi.
- Ad 23. Negative extra propriam ecclesiam.
- Ad 24. Negative.
- Ad 25. Negative.
- Ad 26. Negative.
- Ad 27. Negative.
- Ad 28. Negative.
- Ad 29. Negative.
- Ad 30. Affirmative, dummodo non impediatur functiones, & divina Officia.
- Ad 31. Affirmative.
- Ad 32. Negative.
- Ad 33. Negative.

5. Si est Resolutio alicujus S. Congregationis, quæ finem imponere valeat dissidiis Parochos inter & confraternitates, ea certe est anno 1704. edita, à S. Congr. Rituum, & à Summo Pontifice, ut refert Bened. XIV. *Instit. eccl.* 105. n. 92. approbata, quam refert *Auctor* n. 4.
6. Statuit dicte S. Congr. discrimen inter confraternitates secularium erectas in ecclesiis parochialibus, aut in sacellis vel oratoriis publicis, vel privatis, quæ à parochia dependent, ipsique adjiciuntur, & confraternitates constitutas in publicis ecclesiis, aut oratoriis publicis, quæ intra ipsius limites posita sunt; & fere omnia tribuit Parochis in confraternitates primi generis, non item in confraternitates secundi generis.
8. Post hanc resolutionem S. Congregationis Rituum nonnulli scriptores putant, plura in confraternitatibus, & ab eorum Capellanis fieri haud posse, licet Sacra Congregatio statuerit, illa ad jus parochiale minime pertinere, nam, inquirunt, multa inter jura parochialia non recensentur, sed inter munia solis parochi in sua ditione convenientia. Ut autem hanc opinionem comprobent, allegant decreta Sacre Congregationum, quibus sancitur hoc, vel illud spectare ad parochum, non autem Sodalitatis, eorumque Capellanis tribuenda. Inter alios vero *Baptistellus* Fulgentinus Episcopus in *appendice ad suam synodum* pag. 257. "Benedictiones (ait) cinerum, candelarum, ramorum olivæ, ovorum, deulationes Sanctissimi Sacramenti, Missæ, ac vesperæ solemnes, aliæque ecclesiasticæ functiones, quæ estriuste de juribus parochialibus non sunt, aliquam tamen cum eis connexionem, & affinitatem habent, juxta communem infrascriptorum Doctorum sententiam, non ad confraternitates, earumque Capellanos, sed ad Parochos spectant, excepto casu, quo Parochus ipse requisitus hujusmodi functiones se gratis exhibere nolle, alijs non posse declaravit."
11. Confutatur vero hos Bened. XIV. *dict. Instit. eccl.* 105. à num. 110. ad 111. una monens præter jura parochialia functiones quoque alias dari, quæ cum iisdem juribus ita implicite, & connexæ sunt, ut soli parochio liceat ipsis in sua ditione exercere. Vide omnino eundem, tum *Rotam cor. Coccini*, decis. 2089. *Molin. decis.* 995. & *cor. Lancetti*, decis. 988.
12. Confratres Societatis S. Mariæ Virginis de Succursu contra infideles Januæ erectæ omnibus Quadrage-

simæ diebus, etiam majoris hebdomadæ, servatis tamen jejunii legibus, ovis, & laetificiis vesci permittuntur. Bened. XIV. constituit, *incip.* Pias Christianifidelium §. 2. Idem gaudent privilegio eligendi Confessarium ab Ordinario loci approbatum, qui eos absolvat à peccatis etiam Sedi Apostolicæ reservatis bis in ipsorum vita, & in eorumdem mortis articulo. Idem *ibid.* §. 3. Hoc tamen privilegio uti possunt tantum bis in tota eorum vita, non obstantibus iteratis adscriptionibus confraternitati; nec vi ejusdem absolvi possunt à peccatis Ordinario reservatis. Idem *ibid.* §. 3.

De officio funebri super cadaveribus confratrum in ecclesia confraternitatis, libet aliqua hic addere.

Si disseratur de cadaveribus confratrum, qui haud sunt de parochia, ubi sita est ecclesia confraternitatis, dubium esse haud potest, quin ipsi confraternitati excluso Parocho jus sit officium funebre faciendi; officium enim funebre inter jura parochialia tunc recenseri potest, quum defunctus in parochia tumulandus eidem parochiæ sit subjectus; Marant. *respons.* 22. *for. per tot.* & *signanter* num. 34. *Murg. disquisit.* canon. tom. 1. tract. 7. *disquisit.* 6. dub. 1. num. 13. idque ex ratione illa, quod jus officii funebri est accessorium quid ad sacramentorum administrationem. Parochus autem jus tantummodo habet sacramenta parochianis suis administrandi, & consequenter respectu ipsorum, & non aliorum jus funeris habere debet. Maranta *loc. citato* numer. 18. & *seq.*

At si agatur de cadaveribus confratrum, qui subjecti sunt parochiæ, in qua ecclesia confraternitatis posita est, quidquid olim senserit *Rota coram Coccini* decis. 289. *per tot.* hodie post decreta generalia anni 1703. Sacre Congr. Rituum, in controversa res est, quod spectat ad Parochum facere super iis officium funebre; dubio enim 23. *An ad Parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus in sepelitis ecclesiis, & oratoriis publicis confraternitatum?* Respondit mox dicte Sacre Congr. *Affirmative* quando tumulandum est sub dicta Sacre Congr. *intra cujus fines est ecclesia, vel oratorium.*

Potest tamen jus hoc faciendi funebri officium super hisce cadaveribus spectare ad ipsorum confraternitatem ex peculiaribus conventionibus à Sede confirmatis, ut in terminis ecclesiæ confraternitatis posita in ipsa ecclesia parochiali dixit *Rota in Neapolitana quarto dubio* 24. Jun. 1760. §. *coram R. P. D. Frangipane.*

Dubium vero haud leve hinc oritur, an in funebri hoc officio confraternitas propriam crucem elevare queat, eisque Capellano permitti possit delatio pluvialis & stola. In affirmativam autem sententiam ivit idem sacrum tribunal in *d. Neapolitana super quarto dubio* 23. Jun. 1760. §. 7. *coram R. P. D. Frangipane.* Et merito. Item officium funebre ex ecclesiæ ritu sine hisce fieri nequit. Concesso igitur jure faciendi officium funebre, concessa & ipsa dici debent. §. 3.

ARTICULUS III.

Confraternitates, quoad illa, quæ respectu ipsarum Episcopus potest facere, vel non.

SUMMARIUM.

1. **C**ONFRATERNITATES laicorum cum usu sacrorum à quo visentur: ecclesiæ earum sive altaria, & capelle, ad num. 8.
9. Administratores predictarum confraternitatum an ab Episcopis ad rationem reddendam compellantur, ad numer. 13.
14. Per quem sunt per edita panalia cogendi confratres: an eisdem assistere: quid in contributione pro seminario, ad num. 21.
22. Hora, in qua in eorum oratoriis celebrandum: quid possit Episcopus in laicorum confraternitatibus prohibere: à quo unione efficiendæ accedere ad funera an possint: quid etiam Episcopus efficiat, aut prohibebit in confraternitatibus mortis: quando sunt congreganda, ad numer. 35.

- 36 Capellani earum an ab Episcopo removeantur.
- 37 Confraternitates quaestuarie an valent.
- 38 Inseruntur additiones, ad num. 44.

CONFRATERNITATES laicorum cum usu sacrorum non solum in propriis oratoriis, sed etiam in Regularium ecclesiis, in quibus reperiuntur erectae, possunt visitari ab Episcopo in his, quae respiciunt administrationem, & adimplementum onerum, vel relationem habent ad confratres; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in una S. Angeli 2. Aug. 1581. in Bisaccen. 12. Jun. 1582. in Caven. 22. Febr. 1595. in Thelesina 20. Aug. 1596. in Derthonen. 23. Mart. 1604. in Aiguens. 3. Decembr. 1610. in Vercellensi 17. Jul. 1625. in Leopoliensi. 31. Januar. 1642. Sacra Congregat. Concilii in Nucerna Paganorum 23. Jun. 1669. & in Urbinate. 23. Septemb. 1690. & item Sacri Congr. Episc. & Regul. in Fanen. 10. Apr. 1693. & in Hieracen. 15. Novemb. 1698. directa Episcopo in illius civitatis epistola prout sequitur: "Quaestio Eminentissimi miei Signori m' habno commandato di significarle, che da questa S. C. de' Vescovi, e Regolari, e stato piu volte resoluta, che gli Ordinarij possono visitare le confraternita de laici, erette nelle chiese de Regolari, ed altre persone essent, non solo in quanto a' beni ed entrate loro, con rivedere i conti, ma anche le capelle siesse in quanto a quello, che riguarda l' amministrazione, ed altri obblighi personali, che spettano alla compagnia, e confratri ascripti a quella, cioè riconoscere se l' entrate, ed elemosine, che si danno per adorare, e mantenimento della capella, e per accrescere ivi il culto divino; e divozione del popolo, siano spese fidelmente; e con effetto s' impieghino ad utilita, nec in beneficio della stessa capella, e non in altri usi, non toccando però il restante, che spetta alla cura, e total amministrazione de' Fratri, e Regolari, che son Padroni di tutto il corpo della chiesa, dove sono dette capelle; e confraternita, come gli altari, immagini, ed altre cose materiali affisse, ed utensili sacri applicati a quelle, sopra de' quali ne Vescovi, ne altri Ordinarij hanno da ingerirsi, ne usar alcuna giurisdictione, e soprintendenza; a segno tale, che non l' e permesso usar alcun atto giurisdictionale nelle suddette chiese de' Regolari, fuora di quanto s' e detto di sopra. Onde V. S. dovra governarsi in questa conformita, che tale e sempre stato il senso della Sacra Congregazione." Ubi vides non posse Episcopum visitare ecclesias vel altaria etiam pro servitio diclarum confraternitatum a Regularibus assignata, nisi quoad onera, prout jam declaraverat Sac. Congr. Episc. & Regul. in Bisaccen. 12. Junii 1582. Immo neque visitare potest Episcopus altaria, & capellas in Regularium ecclesiis per secularium confraternitates constructa, ut declaravit eadem Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Papien. 22. Augusti. 1614. & in Tarracon. 22. Januar. 1616. apud Barbos. apostol. decis. collect. 728. num. 15.

Confraternitates laicorum visitari possunt ab Episcopis, etiam si essent erectae in ecclesiis, seu oratoriis fundatis, & extractis in solo, & territorio Religionis Hierosolymitane, prout partibus contradicentibus decisum fuit a Sac. Congr. Conc. in Novar. Orat. 17. Nov. 1686. in qua fuit declaratum, & firmatum, quod Ordinarius potest visitare oratorium, & confraternitatem, & cogere officiales ad reddendam rationem absque interventu alicujus personae e Regione Hierosolymitana deputandae, & prohibere Confessarios, ne confessiones confratrum, & aliorum audiant in oratorio absque Episcopi facultate. Quinimmo Episcopi visitare possunt etiam confraternitates, quae non a primava sua fundatione sunt sub immediata Regum protectione, sed solum ex

post sub immediata protectione sunt a Rege accepta: ad hoc enim ut confraternitates, aliaque pia loca existantia sub immediata protectione Regum, sint immunita a visitatione Ordinarii, debent esse talia a primava sua fundatione, cum haec protectio non concedatur, nisi a Sede Apostolica, & in ipso actu fundationis dumtaxat. Si enim confraternitates, & alia pia loca accipiuntur ex post a Rege sub immediata sui protectione, non eximuntur a jurisdictione Ordinarii, ut patet in responsionibus datis ad sequentia dubia in simili de hospitali: "In una Messan. fuit dubitatum, Primo: An hospitale aliis non protectione, eximatur a jurisdictione Ordinarii, ita ut exemptum, si accipiatur a Rege sub immediata sui protectione, imatur a jurisdictione Ordinarii, ita ut ab eo visitari non possit, juxta Sacri Concilii Trident. dispositionem sess. 22. cap. 8. de reform. Secundo: An hospitale, in quo Rex habet juspatronatus, si aliis exemptum non fuerit, visitari possit ab Ordinario? Tertio: An per immemorabilem consuetudinem non visitandi aliquod hospitale excludatur Ordinarius a jure illud imposterum visitandi? die 11. Decemb. 1621. Sac. Congr. Concilii ad primum respondit, hospitale aliis non exemptum non ideo esse immune ab Ordinarii jurisdictione, etiam si acceptum fuerit a Rege sub immediata ejus protectione, ac propterea hoc non observare quominus ab Archiepiscopo visitari valeat. Ad secundum, hospitale, in quo Rex habet juspatronatus, nisi aliis exemptum non fuerit, utique posse ab Ordinario visitari. Ad Tertium, ejusmodi consuetudinem etiam immemorabilem esse sublatam decreto cap. 8. sess. 22. de reform. ac proinde per eam nunquam excludi Ordinarium a jure hospitalia visitandi." Et ratio est, quia Concilium cap. 8. sess. de reform. in quo excipiuntur pia loca, quae sub protectione Regum existunt, nequaquam jurisdictioni Ordinarii in aliquo derogant, aut detrahunt respectu talium locorum, ut respondit Sac. Congr. Concilii in Neapolit. 12. Decemb. 1601. nec tribuit aliquam novam exemptionem predictis locis, sed tantum praeservat, si quam prius habebant, ut saepius declaravit Sac. Congr. ejusdem Concilii, & signanter re diligenter examinata die 12. Dec. 1602. in eadem Neapolitana.

Administratores confraternitatum, sicut & aliorum piorum locorum, possunt compelli ab Episcopis ad reddendam rationem administrationis, & ad asportandum libros administrationis etiam ad palatium episcopale, si sint in loco residentiae, seu alterius stationis, & permanentiae Episcopi; Sac. Congr. Concilii in Narnien. 8. Augusti. 1693. Moxi Julici 27. Aug. 1695. in Hispalen. Visitationis 18. Aug. 1696. in Novar. 17. Nov. 1696. in Calaguriana Visitationis 18. Jun. 1701. & in Ortonen. 2. Maii 1704. Vide verb. Administratorum num. 20. Etiam si tales administratores rationem administrationis aliis reddere solent, adhuc vigore dispositionis Concilii principaliter erit adhibendus Episcopus; Sac. Congr. Concilii in Conversan. 2. Mart. 1667. & in Melevitana Mart. 1700. Immo redditio rationum administrationis danda est Ordinariis etiam a confraternitatibus, atque locis piis, quae sunt sub immediata Regum protectione: Et ratio est, quia exceptio locorum, quae sunt sub immediata Regum protectione, non legitur nisi in cap. 8. sess. 22. de reform. in quo capite, ut legitur patet, agitur tantum de jure visitandi; non autem in cap. 9. ejusdem sess. 22. ubi agitur de rationibus Ordinarii reddendis; caput enim 8. restringit se ad dispositionem Juris communis dicens: In casibus a Jure communi concessis; sed caput 9. loquitur indistincte, & generaliter etiam in casibus a Jure jam non concessis, ut pluries declaravit Sac. Congregatio ejusdem Concilii, & expresse in Graviner. 6. Augusti 1569. Et ideo ut refert Pignatell. tom. 1. consultat. 45. num. 46. & 47. Sa-

¶ Circa facultates Ordinarii in rationibus confraternitatum exigendis, aliorumque piorum locorum administrationis, partim invenitur intactum; si agitur de illis, quae sunt sub immediata Regum protectione, adnotatum existit: (1) si vero de aliis praeter visitationem eorum, onerumque adimpletionis recognitionem, eis non incumbere, videbatur asserendum. (2)

- (1) Vid. verb. Administrator, per tot.
- (2) Vid. Reg. Sched. §. 3. in verb. Multae & verb. Testamentum, §. 9. Reg. provis. 13. Sept. 1779. seq. lit. usque in finem. (Vid. add. nov. lit. C. pag. 228.)

Sac. Congr. Conc. saepius respondit in Neapolitana ut sequitur: Sac. Congregat. &c. censuit cap. 8. sess. 22. de reform. Concilii Trident. intelligi, & habere locum in casibus a Jure communi permissis. Licere tamen Ordinario ab eis rationem administrationis exigere ex decreto cap. 9. ejusdem sessionis nulla habita ratione Juris communi. Ex quo patet, dicit citatus Doctor, Concilium ampliore facultate tribuisse Episcopis in rationibus exigendis, quam in visitatione piorum locorum; ideo non mirum, si quoad visitationem excipit loca sub Regum protectione existentia; secus vero quoad reddendas rationes, ut etiam notat, & tenet Barbosa apostolicarum decisionum collect. 13. verb. Administrator. numer. 2. ubi citat decretum supradictum Sacrae Congregationis Concilii in Neapolitana 11. Augusti 1618. & Sellius in relect. canon. cap. 23. num. 5.

Episcopus manutentendus est in quasi possessione cogendi confraternitates laicorum, quae videntur sacco, per edita poenalia, exactionem poenarum, aliaque juris, & facti remedia, ad conveniendum solutis processionibus, non obstante aggregatione, nisi habent privilegium speciale exemptionis; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Vierb. 9. Decemb. 1586. in Turritana 16. Octob. 1600. in Nolana 1. Maii 1601. in Papien. 15. Febr. 1622. in Camerian. 16. Jul. 1624. in Florentina Violationis Inreducti ad relationem Eminentiss. Card. de Abdua 2. Febr. 1692. Et in casu quod adit consuetudo, sic decrevit etiam Sac. Congreg. Concilii in Nucerna Paganorum 15. Aprilis 1690. & in Nozarren. processionum 10. Apr. 1602. Ordinarius, seu Episcopus potest per se ipsum, vel per suum delegatum intervenire, & assistere Congregationibus confraternitatum, etiam siant in ecclesiis, & oratoriis Regularium, in quibus reperiuntur societates erectae, absque eo quod possit excludi; ut respondit Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Casertanen. 24. Novemb. 1690. votum tamen dare non debet, ut respondit Sac. Congr. Concilii in Senogallien. 4. Jun. 1707. Episcopus pro contributione seminarum potest taxare confraternitatum bona quatenus sint ecclesiastica; Sacra Congr. Concilii in Signina 18. Novemb. 1628. Supposita taxa pro seminarum cum solutione continuata ultra triginta annos tenentur confraternitates ad illius solutionem in futurum, quia ex solutione tot annorum praesumitur, vel quod bona sint ecclesiastica, vel quod aliquid Beneficium sit eis unitum, & ideo potest Episcopus illas compellere remediis censurarum ecclesiasticarum, sequestrationis fructuum, & similium; Sac. Congr. Concilii in Tridentina ad cap. 18. sess. 22. de reform. 5. Novemb. 1644. Confraternitates tenentur contribuere pro victualibus visitatoris, seu Episcopi visitantis; Sac. Congr. Concilii in Dertonen. ad cap. 3. sess. 24. de reform. 4. Maii 1652. in Bajanen. 14. Decemb. 1654. Et non obstante consuetudine contraria non contribuendi; Sac. Congr. Concilii in Signina 1690. 2. Augusti. Servari debet decretum Episcopi, ne in oratoriis confraternitatum celebretur in festis ante parochialem, modo Parochiae celebret hora competenti; Sac. Congr. Episcop. in Cornen. 8. Januar. 1587. in Senogallien. 29. Jan. 1613. Vide decreta relata art. 2. num. 4.

Non potest Episcopus se ingerere in administratione bonorum confraternitatum laicorum, dum illa non dilapidant; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Castellatenen. 14. Novemb. 1603. Licet enim Episcopus possit, immo debeat ad tollendos abusus, & praedicta locorum piorum edictis praecavere, ut bona fideliter administrantur: non tamen in administratione se ingerere valet, sed illam confratribus relinquere, reservato sibi jure competente ex Concilio Trident. dispositione cap. 8. & 9. sess. 22. nempe confirmandi Economos, & Administratores electos, & ab eis exigendi computa administrationis; necnon etiam juramentum de fideliter administrando, prout auditis partibus declaravit Sac. Congr. Conc.

in Aliphana 8. Maii 1706. & antea in Ferentina 15. Mart. 1704. Episcopus non potest prohibere confraternitatibus laicorum erectis auctoritate ordinaria, ne faciatis expensas extraordinarias excedentes summam scutorum viginti sine sua licentia, quemadmodum declaravit Sac. Congr. Concilii in Urbinate. 10. Mart. 1663. ad cap. 9. sess. 22. de reform. Concilii non debet compelli ad unionem confraternitates; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Narnien. 13. Novemb. 1612. Unde confraternitatum Sanctissimi Nominis Dei, & Sanctissimi Sacramenti terrae Capitonis Narnien. Diocesis unio facta sine aliqua causa, & absque auctoritate in Visitatione a Vicario Generali Episcopi Narnien. declaratur nulla; Sac. Congr. Rit. in Narnien. Capitonis 24. Januar. 1615. Nulla confraternitas impediri debet, ne cedat ad funera, modo sine Jurium Parochialium praedictio; Sac. Congr. Episc. & Regul. in Camerian. 26. Augusti. 1616. Episcopus impedire non potest, ne confratres Societatis Mortis incedant cum capite capitulo cooperto; Sac. Congr. Episc. & Regul. in Cajetana 24. Jul. 1606. Episcopus non potest prohibere, vel restringere confraternitatibus praesertim aggregatis, solita exercitia, puta Societati Mortis sepelire defunctos post horam 23. Sac. Congr. Episc. & Regul. in Ferrar. 12. Jan. 1592. Vel facere consuetam disciplinam secreto, & sine lumine; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Camerian. in 1. Septemb. 1578. Secus de exercitiis insolitis, si possunt esse occasio scandalum, vel disturbandi antiqua; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 17. Apr. 1602.

Confraternitates possunt congregari ubi, & quoties magis eis placeat, etiam absque Episcopi licentia; Sacra Congr. Episcop. & Regul. in una Nullius Putiniani 21. Augusti 1584. quae rescriptis Vicario dicti loci, quod non potuerat prohibere, ne societates Sacramenti non se congregarent, neque ullam resolutionem caperet absque sua licentia; eo enim ipso quod confraternitates reperiunt legitime erectae, habet jus tamquam legitimum collegium se congregandi quoties sibi placeat absque licentia Superioris; Rota cor. Coccin. dec. 2174. n. 11. & 12. Frances. de eccles. Cathedral. cap. 25. num. 330. Barbosa decis. Apost. collect. 27. num. 12. Ricciul. ecclesiast. lucubr. lib. 4. cap. 3. in princip. & cap. 5. num. 5. Monacell. tom. 1. tit. 6. formul. 11. num. 18. 19. & 20. ubi mordicus sustinet hanc opinionem contra Pignat. tom. 9. consult. 128. contrariam sententiam tenentem. Unde concludit, quod Episcopus non potest generaliter prohibere, quod confraternitates non possint congregari sine licentia, & praesentia Delegati Episcopi sub pena nullitatis agendorum, quia est contra juris dispositionem, cui Episcopus non potest derogare; sicque dicit ipse, cum talis prohibitio de jure sustineri non valeat universim pro omnibus Congregationibus, poterit Episcopus ea uti in aliqua re gravi, quae involvat praedictum irreparabile, vel damnatum notabile, per modum tamen hortationis, & nunquam sub pena nullitatis, quam infligere alicuius collegii legitime congregati non potest. Et haec fuit sententia Eminentissimi Petrucci, qui votum suum aperire jussus a Sac. Congr. Conc. in una Pisaur. sub diebus 21. Decemb. 1697. & 14. Jun. 1698. ita decretum Episcopi super gubernio confraternitatum cum hac prohibitione latum, moderandum esse censuit; & Sacra Congr. censuram voti approbavit. Vide decreta relata art. 1. num. 4. in responsione ad trigessimam Cappellani confraternitatum non debent ab Episcopo sine causa amoveri relucantibus confratribus, ut censuit Sacra Congr. Episc. & Regul. in Forstempron. 3. Octobr. 1692.

* Confratres non possunt quaestuarie etiam per propriam ecclesiam, nisi de licentia Ordinarii, ut ex decreto Sac. Congregationis; missas vero ex quaestibus illis collectas, celebrandas esse in eadem ecclesia, non vero in parochiali, censuit Sac. Congr. Conc. Inst. eccl. 105. §. 131. *

¶ Quoad potestatem Episcopo competentem visitandi confraternitates erectas in ecclesiis Regularium exemptorum, celebratis est Resolutio Sacrae Congregationis Concilii Interpretis in Nucerna Paganorum 23. Junii 1719. "Sacra &c. Inherendo declarationibus jam factis censuit, confraternitates laicorum in ecclesiis Regu-

»Iarum exemptorum institutas subesse jurisdictioni, & »visitationi Episcopi, illasque ab eo visitari posse, nec- »non illarum capellas in iisdem ecclesiis Regularium »existentes, in his tamen, quae confraternitatum admi- »nistrationem respiciunt. Et si confraternitatibus incum- »bit onus manutenendi altare & illius cultum, Episco- »pum posse visitare circa ea, quae respiciunt ipsam ma- »nutentionem, cultum, & ornamenta altaris, seu capel- »lae, onera missarum atque divinorum officiorum ibidem »celebrandorum, & circa ea omnia, quae ad obliga- »tionem eorumdem confratrum relationem habent.

39 Hae autem resolutio licet in casu particulari edita sit, tamen ut monet Benedic. XIV. Inst. eccles. 105. num. 88. tamquam Lex generalis probata deinde fuit, eique ipsa Sacr. Congreg. se conformavit, quum ejusdem generis causae propositae fuerint, ut in *Consentina Visitationis* & *Censurarum* 19. Septemb. 1722. in *Spoletana* 3. Septemb. 1730. & in *Ravenasensi* 7. Aprilis 1731.

40 Confraternitates vero in Lateranensi solo excitatae Episcopis minime subsunt ob vetustissimum privilegium Bonifacii IX. quod licet à Pio V. abrogatum fuerit, tamen à Sixto V. in pristinum fuit restitutum.

41 Notandum vero, quod tunc valet hoc privilegium, quum ecclesiae, sacella, sive confraternitates in eo fundo eriguntur, qui prius ad Basilicam Lateranensem iure domini pertinebat. Alter vero se res habet, si postquam haec sacrae aedes fundatae fuerint, eidem Basilicae subiciantur, annuamque tributum, ob hanc causam solvatur; *Rota coram Emerix, Jun. decis. 228. num. 5. & seq. & decis. 260. fer. per tot. & coram Lanceti, decis. 1385. num. 5. & plur. seq.*

43 Nec omittendum, quod Sixtus V. Episcopo in ecclesiis aut oratoria posita in solo Lateranensi tribuit idem jus, quod in ipsum Episcopum à Tridentina Synodo confertur. Ideoque delegata jurisdictione Episcopo competit. Poterit itaque Episcopus tamquam Delegatus visitare sacras aedes hujusmodi & confraternitates, Consule Benedic. XIV. Inst. ecclesiast. 105. num. 90.

ARTICULUS IV.

Confraternitates, quoad immunitatem à potestate, & jurisdictione laicorum.

SUMMARIUM.

- 1. Confraternitates auctoritate apostolica, vel ordinaria erectae, subsunt jurisdictioni Episcopi, ac etiam ipsi confratres, ubi agitur de interesse spiritualitatis, & confraternitatis.
- 2. Cognitione causa contra confratres confraternitatis N. spectat ad Archiepiscopum.
- 3. Sicut & causa contra confraternitatem habentem requisita spectat ad Judicem ecclesiasticum.
- 4. Causae jam cognitae à Judice ecclesiastico circa bona debita confraternitatibus, spectant ad Judicem ecclesiasticum, nec potest Judex laicus eas reassumere, seu inhibere.
- 5. Confraternitates ecclesiasticae gaudens exemptione à gabella pro pane, qui ab eisdem datur custodibus animalium ipsarum confraternitatum pro eorum victu.
- 6. Domus confraternitatis contigua ecclesiae confratrum gaudet immunitate, etiam quoad confugientes.
- 7. Locata vero laicis non gaudet.
- 8. Administratores, & Procuratores confraternitatum, ecclesiarum, & capellarum auctoritate episcopali fundatarum, quarum proventus in opera pia insu-

Esse certis locis jus asyli circumscriptum, postea advertitur, in tantum ut, nisi ab Ordinario in hunc finem sit aliquis locus destinatus, nullis illuc confugientibus suffragatur immunitas: (1) ideo nec domus confraternitatis ecclesiae contigua, nec ipsamet ecclesia, deficiente Ordinarii assignatione, eo jure gaudebit.

(2) Notatur aliquatenus cui foro subiciantur Administratores & Procuratores confraternitatum, & capellarum auctoritate episcopali fundatarum, quarum proventus in opera pia insumuntur, si seculares fuerint. (2)

(1) Vid. verb. Immunitas. (2) Vid. dict. verb. Multa & Testamentum.

muntur, etiam si seculares, quoad ea, quae pertinent ad dictam administrationem, conveniri debent ante forum ecclesiasticum.

9. Judices seculares, qui confraternitates, seu confratres per praeccepta compellunt ad se subficiendum suis iudiciis pro rebus ipsarum confraternitatum, & pro actibus, quos faciunt in locis sacris, & alios, ut processionum, & similia, tamquam usurpatores jurisdictionis ecclesiasticae declarandi sunt & tractandi.

10. Hinc injungendum videtur Gubernatori, ut revocet praecceptum factum Officialibus confraternitatis, & omnia alia ab ipso facta in praedictum jurisdictionis episcopalis.

11. Ad hanc rem fuit epistola scripta Archiepiscopo Mediolanensi à Sacr. Congr. Immunit.

12. Additiones inseruntur, ad num. 13.

CONFRATERNITATES auctoritate apostolica, vel ordinaria erectae subsunt jurisdictioni Episcopi, ac etiam ipsi confratres, ubi agitur de interesse spiritualitatis, & confraternitatis; Sacr. Congr. Immunit. in *Papien.* 10. Septembr. 1625. lib. 2. *Decret. Paul.* pag. 6. Cognitione causa contra confratres confraternitatis N. spectat ad Archiepiscopum; ead. Sacr. Congr. Immunit. in *Mediolanen.* 17. Novembr. 1654. lib. 5. *Decret. Paul.* pag. 57. Sicut & causa contra confraternitatem habentem requisita spectat ad Judicem ecclesiasticum; ead. Sacr. Congreg. in *Gravinen.* 21. Septembr. 1663. lib. 2. *Decret. Paul.* pag. 131. Causae jam cognitae à Judice ecclesiastico circa bona debita confraternitatibus spectant ad Judicem ecclesiasticum, nec potest Judex laicus eas reassumere, seu inhibere; ead. Sacr. Congr. in *Ortiana* 28. Septembr. 1694. lib. 1. *Decret. Vallem.* pag. 149. Confraternitates ecclesiasticae gaudens exemptione à gabella pro pane, qui ab eisdem datur custodibus animalium ipsarum confraternitatum pro eorum victu; ead. Sacr. Congr. in *Potentina* 24. Januar. 1611. lib. 4. *Decret. Paul.* pag. 135. Domus confraternitatis contigua ecclesiae confratrum gaudet immunitate, etiam quoad confugientes; & eadem Sacr. Congreg. in *una Civitatis Castell.* 23. Julii 1652. lib. 4. *Decret. Paul.* pag. 189. in *Forolivien.* 19. Decembr. 1690. lib. *Decret. Mart.* pagin. 698. Locata vero laicis non gaudet; eadem Sacr. Congr. in *Reatin.* 14. Decembr. 1628. Administratores & Procuratores confraternitatum, ecclesiarum, & capellarum auctoritate episcopali fundatarum, quarum proventus in opera pia insumuntur, etiam si seculares, quoad ea, quae pertinent ad dictam administrationem, conveniri debent ante forum ecclesiasticum; & eadem Sacr. Congr. in *Carinolen.* 15. August. 1668. lib. 1. *Decret. Altov.* pag. 225. Judices seculares, qui confraternitates, seu confratres per praeccepta compellunt ad se subficiendum suis iudiciis pro rebus ipsarum confraternitatum, & pro actibus, quos faciunt in locis sacris, & alios, ut processionum, & similia, tamquam usurpatores jurisdictionis ecclesiasticae declarandi sunt, & tractandi ex Riccio in *prax. var. resol. cap. 413. Pignatell.* tom. 2. *consult. 47. num. 7. Hinc injungendum videtur Gubernatori, ut revocet praecceptum factum Officialibus confraternitatis, & omnia alia ab ipso facta in praedictum jurisdictionis episcopalis; Sacr. Congr. Immunit. in *Alatrina* 13. Decembr. 1692. lib. 1. *Decret. Vallem.* pag. 10.*

Et ad hanc rem facit epistola scripta Archiepiscopo Mediolanensi à Sacr. Congregatione Immunitatis in haec verba à Pignatelli loc. cit. num. 8. relata: "Quaest. Saecra Congregazione dell' immunita ecclesiastica per ri-

mediare agli abusi, che si vanno introducendo in Milano da quegli assistenti Regi, che deputa il Senato a tutte le Congregazioni, e Capitoli di confraternita, ospedali, e luoghi pii, dove congregandosi persone laiche, & questi trappasso i limiti della propria autorita, ed instituto, non solo ingredendosi nell' amministrazione dell' entrate, distribuzione di elemosine, adempimento di legati, elezioni d' Officiali, e governo spirituale de' medesimi, ma col voler ancora aver voto negli stessi Capitoli in grave pregiudizio dell' immunita ecclesiastica, dopo matura riflessione ha risoluta, che Vostra Eminenza proibisca a' detti Assistenti Regi l' uso del votare nelle Congregazioni, e Capitoli, che si fanno negli ospedali, confraternita, e luoghi pii; e che in oltre s' incarichi la pastoral sua vigilanza di cosi fare eseguire, ed insieme di non permettere, che tali persone Laiche s' ingeriscano nell' amministrazione, e governo de' suddetti luoghi pii, al qual' effetto si vaglia Vostra Eminenza delle sue faculta Ordinariae, il cui esercizio ben si promette la medesima Sacra Congregazione di aver sempre mai ad osservare con zelo unito alla solita prudenza dell' Eminenza Vostra, alla quale bacio umilmente le mani, a' 20. di Settembre 1757." Item alia Episcop. Nolano missa ad hunc tenorem: "Quaest. Sacra Congregazione avendo sentito da quanto le ha fatto rappresentare V. S. col suo memoriale, il pregiudizio, che vien inferito alla liberta, & giurisdizione ecclesiastica dal Reggente della giurisdizione Laica per aver egli ordinato, che i Fratelli di alcune confraternita di costea diocesi per venire all' elezione de' loro Officiali non si radunino più come prima per uso inveterato, ma si radunino nelle piazze, senza che s' intervengano gli ecclesiastici, e venuta in parere, che V. S. in ciò debba concedere, servatis servandis, come è di ragione; e per quanto le occorerà l' assistenza di Monsignor Nunzio, basterà che V. S. gli ne accenni il bisogno, avendo già egli avuto l' ordine di prestargliela secondo che da lei ne verrà richiesto; a 22. di Novembre 1667."

De materia hujus articuli confer Bass. de *rodalia*. quest. 8. per tot. ubi una docet quando confraternitates dicende sint ecclesiasticae, & quando laicales.

CONFRATERNITATIBUS potest ab Episcopo concedi privilegium sepulcri; Sic committitur Doctores recte praxi. Confratres tamen decedentes non electi sibi explicitae sepultura in sepulcro sui oratorii, seu confraternitatis, debent sepeliri in ecclesia parochiali, si aliis non habeant proprium sepulcrum majorum; Sacr. Congr. Concil. in *Neapolitana* 13. Febr. 1660. in *respons. ad septimum*. Electio sepulturae facta à confratribus collectivae, & collegialiter, sustinetur, & valet solum pro illis, qui individualiter consenserunt, ut patet ex sequentibus declarationibus super electione sepulturae facta, ut sequitur: "Confratres, & consorores consenserunt collectivae, & collegialiter per publicum instrumentum eligere sepulturae suae locum in aliis ecclesiis, & signanter Regularium, in quibus eadem sodalitates erectae reperiantur, absque tamen voto, juramento, aut promissione de non revocando electionem, & nuper confratres artifices Congreg. Assumptae, erectae in ecclesia Presbyterorum oratorii S. Philippi Neri, per libellum à Sanctissimo D. N. remisum supplicarunt hujusmodi electionis sepulturae modum validum declarari. Super his confecto processu per Eminentissimum Archiepiscopum, dataque relatione, quae in folio per manus Eminentiss. PP. transmittitur, hodie informante tantum capitulo ecclesiae Archiepiscopalis Neapolis, quaeritur, an hujusmodi electio sepulturae collectivae, & collegialiter facta sustineatur in casu, de quo agitur. Die 16. Maii 1682. Sacr. Congr. Conc. & c. respondit sustineri electionem sepulturae collectivae factam per confratres, individualiter consentientes. Et die 9. Decemb. ejusdem anni 1692. reposita hujusmodi causa, utraque parte ore, & scriptis informante, stetit in decisis, addita clausula... revocabiliter tamen F. Cardin. Columna Praefectus. — A. Altovitus S. C. C. Secretarius."

Ubi vides per illa verba, individualiter consentientes, aperte denotari, quod confratres quamvis collectivae, & collegialiter sepulturam eligant, adhuc non comprehenduntur illi, qui nominatim, & individualiter non consenserunt, cum confratres praesentes, & individualiter pro se ipsis consentientes non possint pro aliis absentibus, & successoribus sepulturam eligere, ut declaravit etiam Sacr. Congr. Episc. & Regul. in *Camerin.* 18. August. 1690. Hinc confratres confraternitatis etiam erectae in cathedrali decedentes, non electa sepultura, sepeliendi sunt in parochiali, & non in sepulcro à societate in cathedrali constructo, etiam si adesset statutum approbatum ab Ordinario, quod in sepulcro confraternitatis essent tumulandi, ut committitur tradunt Genuens. in *praxi cap. 74. n. 6. Samuel. de sepult. disp. 5. controu. 16. concl. 1. & seq. Sperell. dec. 87. n. 10. & alii, quos cumulat, & sequitur Panimoll. decis. 5. annot. 3. n. 53. & Monacell. tom. 4. supplum. ad 2. tom. n. 350.*

Officium super defunctis in ecclesia, vel oratorio confraternitatis non exemptae, fit à Parocho, non à Capellano confraternitatis; Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in *Laudens.* 20. August. 1601. Et Sacr. Congr. Concilii in *Regiensi* in *respons.* ad octavum dubium, in quo quaerebatur: "An confraternitati competat facultas ibi sepeliendi cadavera absque ullo interventu Parochi, istique omnino denegando Jura parochialia?" Cui dubio die 5. Junii 1699. Sacr. Congr. censuit respondendum negative. Vide supra art. 2. sub num. 3. Et sic etiam Sacra Congr. Rituum in decretis generalibus relatis supra art. 2. num. 4. in responsione ad vigesimum dubium, in quo quaerebatur. An ad Parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in saepe dictis ecclesiis, & oratoriis publicis confraternitatum? Cui dubio die 10. Decemb. 1703. Sacr. Congr. respondit affirmative, quando tumulandus est subditus Parochi, intra cujus fines est ecclesia, vel oratorium. Sacra tamen Congregat. Episcop. & Regul. in *d. Laudens.* 20. Augusti 1601. decrevit, quod Parochus intervenire potest in funeribus, quae sunt in ecclesiis confraternitatum, licet defuncti non sint de sua parochia. Unde videntur concilianda haec decreta hoc modo, scilicet quod decre-

ARTICULUS V.

Confraternitates, & confratres quoad sepulturas.

SUMMARIUM.

- 1. Confraternitatus potest ab Episcopo concedi privilegium sepulcri.
- 2. Confratres decedentes non electi sibi explicitae sepultura in sepulcro sui oratorii, debeant sepeliri in ecclesia parochiali, si aliis non habeant proprium sepulcrum majorum.
- 3. Electio sepulturae facta à confratribus collectivae, & collegialiter sustinetur, & valet solum pro illis, qui individualiter consenserunt, ad num. 7.
- 4. Hinc confratres confraternitatis etiam erectae in cathedrali decedentes, non electa sepultura, sepeliendi sunt in parochiali, & non in sepulcro à societate in cathedrali constructo, etiam si adesset statutum approbatum ab ordinario, quod in sepulcro confraternitatis essent tumulandi.
- 5. Officium super defunctis in ecclesia, vel oratorio confraternitatis, ad num. 11.
- 6. Ex decreto tamen Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, Parochus intervenire potest in funeribus, quae sunt in ecclesiis confraternitatum, licet defuncti non sint de sua parochia.
- 7. Hinc conciliantur decreta.
- 8. Conceditur ex gratia confraternitati, ut sepelire possit in sua ecclesia omnes suos confratres, ante infirmitatem, de qua decederunt, in ea confraternitate descriptis, de consensu haeredum, & sine praedictio emolumentorum, quae spectarent ad capitulum, vel parochiam.
- 9. Alia ad rem, remissive, ad num. 19.

tum Sac. Congr. Rituum loquatur de confraternitatibus exemptis, ut sunt confraternitates Urbis; cum Romae confraternitates soleant esse exemptae a parochia; Et decretum Sac. Congr. Episcop. loquatur de confraternitatibus non exemptis a parochia. Conceditur ex gratia confraternitati, ut sepelire possit in sua ecclesia omnes viros confratres, ante infirmitatem, de qua decesserunt, in ea confraternitate descriptis, de consensu haeredum, & sine praedictio emolumentorum; quae spectarent ad Capitulum, vel Parochum; Sac. Congr. Episc. & Reg. in Anconitana 19. Decemb. 1608. & docet praxim plurimis in locis recepta, quod confratres sepeliuntur pacifice in suis respective oratoriis, salvis tamen Juribus parochialibus.

15 Ex statuto a S. Sede confirmato possunt confratres sepeliri in sepultura ecclesiae suae confraternitatis; Murg. *disquis. canon. 1. tom. 1. tract. 8. disquisit. 2. sect. 2. dub. 25. Samul. de Sepulch. tract. 1. disp. 3. controvers. 10. conclus. 1. Amos. de causis p. lib. 9. c. 8. n. 90. Bass. de sodalit. q. 2. n. 5.*

16 Quaevis veritas est, utrum hoc in casu officium funebre super cadaveribus facere spectet ad Capellanum confraternitatis, an ad Parochum? Porro ubi confratres ex propria electione sepelendi sunt in sepultura ecclesiae suae confraternitatis, dubium nullum esse potest, quod Parochi, & non Capellani confraternitatis sit officium funebre facere super cadaveribus, quum actus electionis sepulturae hoc Parochi praedictio inferre nequeat; March. *de sepulch. tit. 38. §. 2. n. 64. Bass. de sodal. q. 2. n. 5.*

18 At ubi confratres sepeliri debent in ecclesia suae confraternitatis ex mox dicto statuto a S. Sede confirmato, videndum quid dispositum de hoc sit in ipso statuto.

19 Nota vero, quod si statutum obscurum, vel ambiguum sit, ita interpretandum est, ut Parochi intactum maneat jus faciendi officium funebre super cadaveribus in ipsa ecclesia confraternitatis.

ARTICULUS VI.

Quoad varia alia confraternitates concernentia

SUMMARIUM.

- 1 Confraternitates bona quomodo alienare possunt: quid, si sint mere laicales: qua forma seminaria: alia corpora an Extravaganti Ambitiosae subjiciantur, ad num. 11.
 - 2 Quando possint laicorum processiones peragere: per quas vias dirigende, & quales praecedende: a quo, ut conveniantur, compellendi confratres, ad n. 20.
 - 3 Cujus erit consensus in condendis statutis; & in eorum confirmatione: quae pars confratrum necessaria in resolutionibus ad eos spectantibus: erigere, & ampliare possunt confraternitatum sacella, absque tituli mutatione, ad num. 24.
 - 4 Eleemosynas petere, & ad funeralia accedere an liceat eisdem: quarta funeralis ex associatione non debetur: habitus mutatio non facile indulgetur: distinctio est intervenienda, si eodem sacco induuntur dua confraternitates, ad num. 29.
 - 5 Quid in subjectione circa confraternitates, extra Urbem existentes: supplementa auctoris, & Additiones ex aliena manu, ad num. 49.
- 1 Confraternitates ecclesiasticae nequeunt alienare bona sine beneplicato apostolico; Gratian. *discept. 516. num. 7. & Marc. Anton. var. resol. 1. resol. 14. num. 7. Panimol. decr. 12. annotat. 5. num. 40. Card. de Luca lib. 7. de alien. disc. 1. num. 11. & sequent. Rota decr. 592. num. & sequent. cor. Bichio, & in Urbanien.*

Asseritur, bona confraternitatum ecclesiasticarum sine beneplicato apostolico alienari non posse, cum subiciantur prohibitioni Extravagantis *Ambitiosae*; quomodo haec prohibitio intelligenda venit, suo in loco demonstratur. (1)

(1) Vid. verb. Alienare, per tot.

- 2 Confraternitates laicorum approbatae, & eorum Capellani possunt facere solitas professiones, quando non sunt in parochiali, & in primaria ecclesia; Sac. Congr. Rit. in Melit. Galatri, 9. Februarii 1608. Confraternitatum processiones non debent extendi per vias, sed circa muros regularium, quae eas regunt; extra vero ambitum ecclesiae non licet neque regularibus, neque confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum fruce parochi; exceptis tamen illis ecclesiis, quae habent in hoc speciale privilegium; Sac. Congr. Rit. in Hispal. 26. Februar. 1628. & in Liman. 15. Decemb. 1632. In processionibus peragendis extra ambitum ecclesiarum, in expositione Eucharistiae, benedictione solemniter super populum, aliisque similibus, quoties interveniat licentia Ordinarii, parochus non potest se opponere, ne a Capellanis & Officialibus confraternitatum fiat, quia animarum cura, & populi directio principaliter incumbit Episcopo, qui est parochus parochorum; Sac. Congr. in Savonen. 12. Februar. 1689. Confraternitates laicorum in processionibus procedere & praecedere debent inter se juxta Bullam Gregorii XIII. incip. *Exposcit*: Sic Sac. Congr. Rit. in Nepe. 10. Maji 1608. & in Theles. 19. Martii 1611. Unde confraternitas, quae prius saccum induit, praecedere debet alius, quae postea induerunt; Sac. Congr. Rit. in Sorana 7. Augusti 1682.
- 3 In Severina Praecedentia 24. Septemb. 1712. Excipitur tamen confraternitas sanctissimi Sacramenti, cui debetur praecedentia supra omnes alias confraternitates in illis processionibus, in quibus defertur sanctissimum Sacramentum, prout declaravit Sac. Congr. Rit. in Verellen. 18. Jun. 1595. in Cremonen. 3. Aug. 1697. In aliis vero processionibus confraternitates sanctissimi Sacramenti debet procedere, & praecedere juxta suam antianitatem sicuti ceterae aliae; Sac. Congr. Rit. in Lauden. 18. Julii 1628. & Nullius 30. Sept. ejusd. an. 1628. Jus praecedentiae non attenditur in regressu a processionibus; ead. Sac. Congr. Rit. in Verellen. 18. Jul. 1695. Confratres ad conveniendum solitis processionibus compelli potest Episcopus sub penis ejus arbitrio imponendis, stante possessione illius vocandi per edicta; Sac. Congr. Conc. 21. Jan. 1622. & 8. Maji 1627. Vid. supra art. 3. n. 14. & 15.
- 4 Confraternitates, Episcopo assentiente, possunt statuta condere; Sac. Congr. Conc. in Ulisiponen. 2. Jun. 1690. & hoc illis expresse conceditur in cit. *const. Clementis VIII. incip. Quaecumque*: Statuta autem confirmare nemo potest invito, vel inconsulto Episcopo, sed ad ipsum privative quoad alios spectat; Sac. Congr. Rit. in Elboren. 7. Octob. 1617. Confraternitas legitime, ut moris est, intimata, & coadunata poterit determinare, & resolutionem capere, etiam non intervenient duae extrinsecus, aut major pars confratrum; nam major pars universitatis, collegii, seu capituli constituitur per praesentes, non habita ratione absentium; (Vide *lit. E. pag.*

gin. 172. *verr.* Plerumque: Non obliviscaris, *lit. C. pag. gin. 91. col. 2. in addit. noviss.*) Rota *coram Barat. decr. 573. n. 22. & cor. Cel. decr. 85. n. 9. impressa apud Fondut. quart. Benefic. 1. 2. part. 3. c. 157. n. 56.* dummodo tamen non adsit statutum, quod aliud determinet. Confraternitates erigere possunt, & ampliare suas ecclesias, vel oratoria sine praedictio Jurium parochialium, non tamen mutare titulum; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Bonon. 13. Maji 1603. in Sorana 9. Sept. 1635. Confraternitates possunt eleemosynas quaerere secundum suum institutum; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Viterbien. 25. Maji 1601. Confraternitates non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter & expresse vocentur; Sac. Congr. Rit. in Bonon. 9. Dec. 1617. Confraternitates secularium funera associantur, de interdictis, seu cereis, quartam funeralem parochis non debent; Sac. Congr. Ep. & Reg. in Firmiana 5. Mart. 1616. Habitus mutatio non debet confraternitatibus de facili indulgeri; Sac. Congr. Episc. & Reg. in Anconitana 20. Februarii 1601. Si confraternitates ejusdem loci defuerint eundem saccum, distingui debent addito alio coloris signo; Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Novarien. 13. Octob. 1586. Confraternitates quaedam, quae extra urbem sunt, & dependunt a capitulo S. Joannis Laterani, vel S. Petri, vel S. Sebastiani, subduntur Ordinariis, ac Rectoribus ecclesiarum; Plus IV. *const. 57. incip. Regimini*: Inter confraternitates laicorum illa praecedat, quae est in possessione praecedendi & cum nihil ea de re constet, praecedere illa debet, quae prius saccis induta est, ut ex constitutione 84. Gregor. XIII. constat; *instituti. eccles. 105. n. 84.*

Sed in processionibus, in quibus defertur sanctissimum Eucharistia, confraternitas Sanctissimi Sacramenti si sacco induatur, praecedat ceteras, ut decisum in Rota Romana; *ibid. n. 85.*

Addenda sunt ad rem decreta sequentia, & notabilia advertenda.

Haeres defuncti invitare potest numerum Sacerdotum seu secularium, seu Regularium, immo & confraternitatum, sibi benevisum; Sac. Congr. Episcop. & Regular. 6. Maji 1617.

Haeres defuncti invitare possunt numerum Sacerdotum secularium, aut regularium, immo & confraternitatum, sibi bene visum, nec cogi possunt ad vocandum capitulum, vel alios, sed solum parochum, qui debetur duplum eleemosynae illius, quae datur aliis Sacerdotibus simplicibus; Sac. Congr. Episcop. & Reg. 17. Martii 1579. 11. Octob. 1580. 24. Januarii. 1581. 11. Januarii. 1647. & 11. Decembris 1649.

An liceat in ecclesia confraternitatum habere sepulchra, & respective possint cada vera tumulari absque licentia parochi, & in praedictio Jurium parochialium? Sac. Congr. Conc. respondit Licere habere sepulchra, acceden-

- (1) Cum in articulo anteriori post num. IV. perlegatur, ad confraternitatum erectionem regiae majestatis requiri perneceesse beneplicatum; nihil demirandum, earum statuta vel ordinationes, utpote partes, in quibus consistere debet gubernatio, in supremo Castellae Consilio ad simile beneplicatum obtinendum, esse producendas; inde progenit, dicto requisito carentes, executionem non mereri. (1)
- (2) Ecclesiis, monasteriis, piisque operibus ultra territoria, civitates, villas, aut pagos, ubi sitae, seu stabilitate inveniuntur, haud permittitur eleemosynarum questuatio, vel emendicatio nisi regius accedat assensus, fratrisque Ordinis Divi Francisci exceptis; quapropter nemini talis emendicatio conceditur, deficiente simili assensu in hac nec Indica regione, nisi venia cum citatione Fiscalis, Praetorii, & Ordinariorum praecedente (2); dummodo eleemosyne in hanc peninsulam destinatae non fuerint: sin aliter ejus Consilii supremi licentia praerogatur (3).
- (3) Eo quod alii Sacerdotes, praeter Parochum, Seculares, aut Regulares ad funera per haereses invitentur, quamquam in quarta funeralis distributione possit ille magis percipere, nunquam plus gravabuntur haereses, quam expensis consuetudinariis, aut determinatis (4).

(1) Vide proxime verb. Confraternitas, in 1. addit. hispan.

(2) Remis. 1. tit. 12. lib. 1. Los monasterios y hospitales, ni obras pias non puedan pedir limosna fuera de los lugares en que residen, sin licencia del Consejo; ni en los mismos lugares por medio de questores, y publicacion de indulgencias: Que los Frayles de San Francisco la puedan pedir fuera de los lugares en que residieren. Vide verb. Archiepiscopus.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. II.

(3) L. 11. tit. 21. lib. Indiar. Ordenamos y mandamos, que no se puedan pedir limosnas en los Reynos de las Indias con pretexto de devocion, obra pia, ni otra ninguna causa para sacar de ellas sin expresa licencia de nuestro Consejo de las Indias, y las que se pidieren sin esta calidad, no se permitan ni consientan por nuestras Justicias.

(4) Vide verbum Cadaver, verbum Quarta Funeralis.

- te licentia Episcopi, & posse in eis cadavera tumulari, si eligatur sepultura, absque licentia parochi, sed salvis juribus parochialibus, die 10. Maji 1627.
- 36 An in sepulchro confraternitatis in propria ecclesia sit, sepeliendi sint confratres, qui sine sepultura electione decedunt? Respond. *negativè* Sac. Congreg. Conc. 13. Februarii 1666.
- 37 An ad parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in ecclesiis, & oratoris publicis confraternitatum? Resp. *affirmativè*, quando tumulandum est subiectus parochi, intra cuius fines est ecclesia, vel oratorium; Sac. Congreg. Conc. 10. Decemb. 1703. approbante Clem. XI. die 12. Januarii 1704.
- 38 An liceat confraternitati salutis sepelire in propria ecclesia cadavera confratrum & consoriorum, qui ibidem elegerint sepulturam; & an ejusdem capellanus absente parochi valeat officium, aliisque functiones super iisdem cadaveribus explere? Sac. Congreg. Conc. respondit *affirmativè*, quoad primam partem, quoad secundam *negativè*, nisi parochus vocatus renuat, vel alium Sacerdotem non substituat, die 28. Julii 1724.
- 39 Quoad dissensiones inter confraternitates, Episcopos & parochos, ultra allata supra, attendende sunt resolutiones Sac. Congreg. Conc. tom. 8. & signanter in Lancianen. *Confraternitatis* 20. Septembris 1710. in Novarien. *Aggregationis* 23. Septembris 1718. Novarien. *Aggregationis* 13. Januarii 1720. Cremonen. 5. Junii 1723. Cremonen. 13. Aprilis 1726. Maceraten. 10. Maji 1727. Alexandr. 21. Februarii 1728. Bonon. 15. Maji 1728. Firmana *Jurium parochialium*, 2. Julii 1736. Juvenac. *Administrationis* 7. Julii 1738. Senogallien. *Juris sepeliendi* 14. Januarii 1739. Vieterbien. 16. Decemb. 1741. Et ad uberiorem notitiam videri possunt scite & erudite suo more tradita ab Eminentissimo Cardinale de Lamb. postea Summo Pontifice Bened. XIV. tom. 5. notife. 17. §. 3. 4. 5. & 6. ubi plurima ad rem.
- 40 Ad complementum advertenda sunt, quæ tradit eruditissimus P. Gaudentius de Janua in suo eximio opere novissime Romæ impresso anno 1748. de *Visitatione*, cap. 3. dubit. 9. sect. 2. num. 22. pag. 321. ibi: Ceterum regula generalis est pro confraternitatibus, licet aggregatis, ac etiam speciali quolibet privilegio munitis: quod aliqua quidem exercere queunt sine licentia parochi, immodico hoc contradicente, sed nunquam absque Ordinarii placito, atque consensu; ut quantum ad aggregatas clare legitur in Lunen. Sarzanen. 19. Augusti 1690. decretal. lib. 40. in Novarien. *pariter aggregationis* 24. Septembris 1718. decret. lib. 68. in responsis utrobique ad plura dubia, in quibus auctoritas Ordinarii, ejusque jurisdictionis semper præservatur. Et quantum ad alias, specialibus utcumque privilegiis munitas, colligitur ex *Militen.* 18. Septembris 1690. ubi confraternitas sanctissimi Sacramenti exempta in sui erectione, medio privilegio apostolico ante Concilium concessa, à jurisdictione Ordinarii, cum facultate retinendi tabernacula, & asservandi sanctissimum Sacramentum, declaratum fuit, quod potuerit continuare in celebratione solemnitate corporis Christi cum expositione ejusdem Venerabilis à Dominica Palmarum, usque ad Periam majoris hebdomadæ, necnon in qualibet sexta Feria mensis Martii; *Arbitrio tamen Episcopi tantum*, decret. lib. 40. Prout ibidem neque sustinetur exemptio à jurisdictione & visitatione Episcopi ejusdem, licet in privilegio expressa. Quod confirmatum fuit in *Sarvina Jurisd.* 7. Decembris 1715. videlicet, quod Jure ordinario possit Episcopus visitare ecclesiam & hospitale à confraternitate laicali gubernatum: atque exigere quolibet anno rationem administrationis dicte ecclesie & hospitalis: *Non obitante asserto brevi, concedente officialibus ejusdem hospitalis administrationem independentem*; decret. lib. 65.
- 41 Distincta, his non obstantibus, in dies privilegia hujusmodi aggregatae confraternitates non cessant prætere, quæ per Ordinarios eisdem denegantur; propterea non abs re erit quædam alia referre contra hujusmodi prætensiones S. Cong. Conc. decreta. Et primo generaliter sancitur, quod capellani confraternitatum aggregatarum archiconfraternitatibus urbis, non possunt in eccle-

sis confraternitatum ministrare sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ fidelibus ad eas confluentibus, sine speciali licentia Episcopi, in Lunen. Sarzanen. 19. Augusti 1690. ad tertium decret. lib. 40. Neque possunt in die Purificationis Beatæ Virginis, Feria 2. Cinerum, & Dominica Palmarum peragere benedictiones solemnes candelarum, cinerum & palmarum in eadem ecclesia; immo neque privatim in sacratio, ut in eadem Lunen. Sarzanen. ad quartum. Putarem tamen, quod hæc benedictiones prohibeantur speciatim, quantum ad affluentem populum, ut in responsione præcedente; nec dubito, quin pro confratribus solis ad functiones, & officia concurrentibus possint expleri, annuente præsertim, & approbante Episcopo, ex Bulla Clementis VIII. In solemnioribus item festivitatibus non possunt capellani præfati canere Missas & Vesperas, absque licentia parochi; ut in Lunen. ead. in resp. ad quintum, neque in processionibus intra idem; ut in Cremonen. 22. Januarii 1706. ad nonum decret. lib. 56. Novarien. 24. Septembris 1718. ad 6. decret. lib. 68. Quod etiam intelligendum venit, nisi licentia Episcopi accedat, cujus jurisdictioni ipsi, & parochi subduntur ex dictis. Idem concluditur, quantum ad expositionem reliquiarum, ex declaratione Sac. Congreg. in *Alexandrina* 21. Februarii 1728. in qua scriptum fuit, quod confraternitas aggregata archiconfraternitati urbis valeat sine licentia & interventu parochi, accedente tamen licentia Episcopi, exponere in suo oratorio lignum sanctæ crucis; lib. decret. 78. & in thesaur. resolut. tom. 4. Confraternitates deinde in specie aggregatæ basilicæ Lateran. vigore dicte aggregationis non possunt prætere erectionem in propriis oratoris, vel ecclesiis, scilicet sanctæ sive nuncupatæ, cum indulgentia scilicet sanctæ de urbe; in Neapol. indulg. 9. Jun. 1717. ad primum decret. lib. 67. Idcirco possunt ad Ordinario compelli ad removendum lapidem positum super scalam cum inscriptione; pro Visitationibus quotidie indulgentie sicut in basilicæ Lateranensis; ibidem in Neapolitana ad tertium. Similiter confraternitas mortis aggregata archiconfraternitati mortis urbis non potest sine licentia Episcopi exponere in proprio oratorio sanctissimam Eucharistiam infra annum, & præcipue in functione quadragesimæ horarum, per octavam defunctorum; ita Cremonen. 13. Apr. 1626. ad secundum decret. lib. 76. An autem sufficiat semel dictam licentiam petere, tum pro expositione intra annum, tum quadragesimæ horarum? Responsum fuit in dict. Cremonen. ad tertium, servetur solitum: Cum expressione tamen, quod licentia petita, & non obtenta, nequaquam habeatur pro concessa, ibi: Eadem hæc confraternitas mortis aggregata non potest sepelire cadavera occisorum in ecclesia parochiali, quoties paratus est ea sepellire ipsemet parochus; in Novarien. *aggregat.* 24. Septembris 1718. ad 10. decret. lib. 68. & 13. Junii 1720. lib. decret. 70. Quamvis parochus recusante non solum privilegium habet ea sepeliendi, sed ecclesie fores aperiri per vim; in dict. Novar. 1718. ad 11. Hæc ille expressis verbis.

Quoad discordias inter parochos & rectores, seu capellanos distinctarum ecclesiarum, seu oratoriorum existentium intra limites parochiæ, sine ulla confraternitate seu societate, attendenda sunt decreta Sac. Congreg. Conc. in *Forolivien. Jurium parochialium* 18. Novemb. 1684. nempe: "Quod non liceat parochi quæsturare in ecclesia visita intra limites parochiæ, quæ sit patronalis, vel quæ habeat proprium rectorem, in respons. ad primum. Item, quod non liceat retinere claves capsulæ elemosynarum existentis in eadem ecclesia, in respons. ad secundum. Item, quod possit rector ejusdem ecclesie ibidem missam celebrare ante missam celebratam à parochi, nisi Episcopus statuat." In respons. ad 5. ibid. lib. decret. 24. Et in *Milevitana Jurium parochialium* 22. Junii, & 20. Septembris 1715. videlicet: "Non ad parochum, sed ad rectorem ecclesie sita intra limites parochiæ, spectare deputacionem, seu electionem Diaconi & Subdiaconi assistentes celebrationi missæ solemnibus in dicta ecclesia &c. occasione alicujus festivitatis, & si ejusmodi ecclesia careat rectore, deputato pertineret ad patronum, si non adsit patronus, ad custodes, seu syndicos deputatos ab Episcopo. Lib. 75. decretal. autentis item dectis. Rot. in *etivatis Plebis* 3. Julii 1705.

- coram Moliner, & 5. Junii 1708. coram Ansaldo.
- 42 Item attendenda sunt decreta in *Thelesina anniverfarii*, & *missæ solemnis*, in qua ad dubia: 1. "An celebratio missæ solemnis pro defunctis cum anniversario in ecclesia S. Nicolai sita infra limites parochialis, & collegiatæ ecclesie S. Martini civitatis Cerreti, spectet ad Archipresbyterum, & Canonicos dicte collegiatæ private quoad omnes, sive potius ad Capellanum dicte ecclesie cum facultate assumendi in dicta missa, & anniversario Presbyteros sibi benevisos? 2. An celebratio missæ solemnis cum primis & secundis vespers in die festo S. Nicolai spectet ad dictum Archipresbyterum, vel potius ad Capellanum dicte ecclesie independentem, & sine licentia Parochi, & cum facultate assumendi Presbyteros, quos voluerit in casu &c." Sacra Congreg. Conc. die 9. Februarii 1732. respondit: *Ad utrumque negativè, quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam, & amplius, apud Thesaur. resolut. tom. 5. in dict. Thelesina.*
- 43 Item attendenda sunt decreta in *Arculana Jur. & Jurisdictionum parochialium sub die 20. Augusti 1733. relata in tom. 10. appendic. Vide ibi in dict. Arculana*, & adverte, quod ubi in ipsa ad quintum dubium: An idem Rector tenetur permittere, ut Parochus doceat in dicto oratorio doctrinam christianam, vel possit hoc impedire? Respondit: *Arbitrio Ordinarii*. Quoad hoc Sac. Rituum Congreg. in *celeberrimis decretis urbis*, & *orbis sub die 10. Decembris 1702.* à Sanctissimo approbatis, resoluti contra Parochum. Vide ipsa decreta supra articulo 2. in respons. ad decimum septimum. Item observanda sunt decreta in *Nullius, seu Nonantulana Jurium parochialium sub die 28. Junii 1744. adducta in tom. 10. appendic. ubi plura ad rem.*

CONSTANTIENSE DECRETUM.

- 44 Cum experientia compertum sit, nonnullas sanctissimi Rosarii confraternitates auctoritate duntaxat Ordinarii, irrequisito Magistro generali Fratrum Ordinis Prædicatorum erigi, ac pro illis apostolicum breve cum indulgentiis, cuiusmodi confraternitati canonice erectæ, sive erigende generaliter concedi consuetis expediri; nonnulli extra urbem, ac præcipue quidam ecclesiastici viri, & sanguinis nobilitate, & morum probitate insignes ex Diocesi Constantiensi recte dubitant, num hujusmodi confraternitates canonice reputari valeant, ac revera subsistant? Quare eorum nomine duo subinserta dubia à Sacra Congregatione indulgentiis, sacrice reliquis præposita decidenda fuerunt Prædicatorum, per Ordinarium erigatur confraternitas sanctissimi Rosarii, confratres reigatur indulgentiis in brevi apostolico pro eisdem obtento expressis? Hæc quatenus affirmative. Secundo: An fruatur etiam aliis indulgentiis in dicto brevi apostolico obtento non expressis, quæ tamen aliis confratribus sanctissimi Rosarii, à diversis Summis Pontificibus concessas esse constat, ut in domiciliis mensuris, aut aliis diebus? Hæc autem dubiis Sacra eadem Congreg. die 19. Aug. 1747. rationum momentis seriò, matureque perpensis, respondendum esse censuit; ad utrumque negativè. De quibus omnibus facta per me infrascriptum ejusdem Sacre Congregationis Secretarium die 26. prædicti mensis Sanctissimo Domino nostro Benedicto Patre XIV. relatione, Sanctitas sua ipsimum votum, benigne approbando, confirmavit. Ne tamen hujusmodi confraternitatum inconluto eodem Magistro Generali erectarum fervor tepescat, sed magis, magisque illarum confratrum & consoriorum devotio potius augeatur, omnes & singulas uniuscujusque confraternitatis sanctissimi Rosarii erectiones in præfata constantiensi Diocesi, inscio Magistro Ordinis Prædicatorum pro tempore existente Generali hæctenus factas, motu proprio, ac de plenitudine suæ apostolicæ potestatis sanavit, ac validas esse declaravit; immo prædictæ Diocesi

Constantiensi populum specialibus favoribus prosequi volens, etiam moderno ejusdem Ordinis Prædicatorum Magistro Generali humillime supplicante iisdem confraternitatibus sincerè, præter indulgentias in respectivo earum obtento brevi expressas, etiam omnes, & singulas alias confraternitatibus sanctissimi Rosarii ad formam constitutionis S. Pii V. die 25. Junii 1569. *Insuper desiderabilia*, canonice erectis ab apostolica Sede quomodocumque concessas, clementer indulgit. Imposterum tamen, ut quodcumque dubium, & quivis abusus, aut molestia, vel perturbacionis occasio prorsus removeatur, idem Sanctissimus Dominus Noster de apostolicæ pariter plenitudine potestatis voluit, & expresse mandavit, quod non aliter confraternitates, seu societates sanctissimi Rosarii erigantur, nisi requisitis prius, & obtentis juxta formam à S. Pio V. in prælegato brevi præscriptam, à Magistro laudati Ordinis Prædicatorum pro tempore existente Generali literis facultativis, ut alias à Sacra Rituum Congregatione die 9. Aprilis resolutum fuit, & ab Auditore Generali Sacre Apostolicæ Camere in consimili causa anno 1663. per sententiam definitum. Sæpe dictum vero Magister Generalis pro hujusmodi confraternitatum erectione consuetas literas Sacerdotibus sui Ordinis, vel ubi horum conventus non existat, aliis ecclesiasticis personis, sive regularibus, sive secularibus, etiam Episcopo benevisis expediat, ipsæque literæ non nisi de consensu Ordinarii, servatisque reliquis omnibus in hujusmodi erectionibus ex apostolicis constitutionibus servandis, ac servari solitis, executioni mandentur. Fr. F. Cardinalis Portocarrero. — Loco & Sigilli. — A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secretar.

Ita ex regestis decretorum ejusdem Sacre Congregationis &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 1. Septembris 1747. — A. M. Erba Protonotarius Apostolicus Secretarius. — A. M. Succi Substitutus.

Advertendum est, quod constitutio Benedicti XIII. incip. Ex quo Sede apostolica: A me superius adducta suum non est sortita effectum, ex quo una cum aliis moderata, & reducta fuerit ad terminos Juris communis, Concilii Tridentini, & constitutionum apostolicarum à Clemente XII. constit. incip. Romanus Pontifex: A me ad literam data tit. 6. sub verb. Privilegium, articulo 4. in fine.

De mutatione statutorum confraternitatum frequentes in foro quæstiones sunt. Regula vero est, quod possit Ordinarius ea mutare; Monacelli. in form. Jur. eccl. part. 2. tit. 12. in addnot. ad form. 1. num. 49. Bass. de sodalitat. quest. 4. n. 1.

Dubitatur autem, an hæc ipsa facultas Ordinario competat quoad statuta condita in vim contractus? Negat Rota cor. Durant. decis. 291. num. 37. ubi simul explicat, quando statuta condita dicantur in vim contractus.

Dubitatur etiam, an Ordinarius valeat mutare statuta à sancta Sede confirmata? Negat Bass. de sodalitat. quest. 4. num. 1. ubi quod ita quoque sensit Sac. Congregatio Episcoporum & Regularium negotiis præposita in Astoricon. 17. Februarii 1603. tum Rota cor. Durant. dict. decis. 291. num. 41.

De statutis, ne quis admittatur, nisi aliquid solvat, ne confrater possit confratrem in jus vocare, ne adscribatur quis in altera confraternitate, & aliis id genus peculiaribus statutis quid sentiendum sit? Vid. Bass. de sodalitat. dict. quest. 4. n. 2. ad fin. &c.

CONFUSIO PRO ADQUIRENDO rerum dominio.

Vide verb. Dominium, art. 3. à num. 71. ad 75.